



5555555555

Vitulum ex vitij Exemplum comedia vivam
Qua facienda monet, qua fugienda docet.

W
S
Liber
Schola Wernigerodana
Anno. 1699.

78 L 1583



Nicolaus Möllerg. Herzl: ad 1645.
19 august.

220





*Suum ex libris Nicolai Möllerij
Hö 1695. In ex aignitij*

IN BELLVM GRAMMATICALE
IOANNIS
SPANGEBERGII.

ἑξαστιχον.

Ranarum & murum pugnam descripsit Homerus
Nasq; terrigenum cum Ioue bella uirum.
Multi Gallorum turmas cecinere cruentas
Spicula sanguinea fortiter acta manu.
Sunt quibus Hispania libuit discrimina gentis
Et Vaticani promere bella patris.
Et sunt qui magni meditantur prelia Turcæ
Cur ego non bellum Grammaticale canam
Quo licet amborum sint magna pericula regum
Et uiridis multo sanguine inundet humus
Cuncta tamen possunt amborū hæc prælia regum
Non citra ludum delitiasq; legi.

BELLVM GRAM^{MA} MATICALE.



GRAMMATICÆ PROVIN^{TI}
tia, licet unica sit & indiuidua,
geminos tamen habet, qui in ea
imperent, potentissimos Reges,
Verbum scilicet & Nomen. Et
prior quidem Amo, Posterior Poeta nuncupa^{tu}
tur, Qui diutissimis temporibus tanta simul reg
nauere concordia, ut in conficienda oratione,
nullum unquam dissidium, nullum deniq; liti^{gi}
gium inter eos fuerit auditum.

In hac igitur Regum concordia, cum gram^{ma}
maticæ totius res optime procederēt, fœliciq;
prosperarentur successu, accidit, ut orta inter
eos ex parua causa dissensione, cuncta tumulti^{bu}
bus & inexpectatis bellorum anfractibus in^u
uoluerentur. Quid enim non faciunt uinum &
inmoderatus sumptæ epulæ? Tantam animorū
coniunctionem, unius conuiuii ebrietas, in eas
impulit utrumq; Regem inimicitias, ut immode^r
rata dominandi libidine acti, tam nobile Gram^{ma}
maticæ imperium pene euerterint.

Referam autem quonam pacto gesta sit Propositio.

A ii res

B E L L V M

res, ut sciant omnes, nullum esse tam arctum
amoris uinculum, quod regnandi libido non
soluat.

Topographia
est.

*Platanus. Arbor sil
vestris. Thom. od
m. lab. sol. ans*

Occasionē bel
li insinuat.

unsubtigitur.

Oratio Regis
nominū Poe=
te.

*i. repugnare.
Sed fragor, as, i. h.
dolere. Hanc m.
chan.*

Coenantibus aliquādo praeclatis Regibus,
in medio aestatis feruore, secus placidissimū &
perennem fontem, cuius ripas undiq; uirides
fagi & altissima platani, opacitate eximia ad=
umbrabant. Posteaquam abunde uentri factum
est satis, ut incaluisent omnes mero, Orta est
inter eos quæstio, cuius nam partes in oratione
conficienda potiores censeretur. Et uerbo qui=
dem digniorē locum sibi asseribente acriter re=
sistebat nomē, asserens sine se, stare orationem
non posse, imo se antiquiorem & digniorem
esse. Quis inquit nesciat fuisse prius nomen
quam uerbum? Deum certum est fecisse omnia,
Quod si omnia, utiq; & Verbum. ~~Deus autem~~
~~Nomen est non uerbum, Igitur a nomine facta~~
~~sunt omnia, etiam ipsa oratio.~~ Legisti ne ali=
quando, Inter natos mulierum nō surrexit ma=
ior Ioanne Baptista, Dei hæc est sententia, Huic
refragari minime tibi fas erit, si Ioanne nullus
est maior, Ioannes autē est nomen eius. Et alibi,
Cui nomen erat Ioannes, Apparct certe nihil
maius nomine posse reperiri.

Mirabar

GRAMMATICALE. 2.

Mirabar, respondit Verbum, o Poeta, quod Responso re-
Plato ille diuinus, te sua eiecisset republica. Nūc gis uerborum
animaduertēs, quāta impudentia & temeritate Amo.

sacræ paginæ, diuinas authoritates tuis ineptiis Plato lasciuos
inuoluas. Sed ne solus sapere uiderere manife- Poetas urbe
stissimis scripturæ testimoniis meam authorita- pellendos di-
tem conseruabo. Proferam autem ipsum Noui cebat.

testamenti caput ubi dicitur. In principio erat Ioan. 1.
uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus

erat uerbum. Arrige aures, cur faciem cape-
ras? Deus, inquit, erat uerbum, Omnia per ip-
sum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.
Non igitur nomen fecit omnia, sed uerbū. De-
us autem erat Verbum, non Nomen. Sed & uer-
bo Domini cœli firmati sunt & omnis uirtus
eorum. Quid igitur dices? Non est quod te
diuinis tueare testimoniis, quæ pro me stare, tibi
biq; aduersari intellexisti.

Quæ tua est insania? Vnde hos tibi tam re-
pente sumpsisti spiritus? ut audeas in oratione
digniozem tibi locum usurpare, ante preterit : ignoras?
omnē decorem et suauitatē orationis ex me uno
procedere, a Verboq; Nomē, nō a Nomine Ver-
bū regi consueuisse? Verborū elegātia oratio-
nem exornat & illustrat, Et nisi te in oratione

A iii regam

B E L L V M.

*Mancus q. manu ca-
rens a. q. quatuor
modo debilis est.*

regam ac dirigam, tu mancus & debilis re-
periare. Poteris ne tu constructionem unā con-
nectere, in qua mihi non continuo principales
partes tribuantur? Quid ergo blactis? Et quod
ille ait tuus, Proiicis ampullas & sesquipedalia
uerba.

Horatius.

Exprobratio. Nominum, inquires, Rex sum, Sed quod est
tibi nomen? Poeta respondes. Quid aliud est
Poeta, quam nugigerulus, nugiuendulus, fabu-
larum inuentor, scelerum magister, loquax, nu-
gax, mendax, ebrius & fatuus, qui uera inuer-
tas, falsa ingeras, totumq; orbem garrulitate in-
ficias & perturbes. Quid ex te habent, unde ad
uirtutem incitentur, adolescentes? nisi adulterū
Iouem, zelotipam Iunonem, meretricē Vene-
rem, mœchum Martem, reliquaq; tuæ sapientiæ
preclara commenta, quibus coelum terræ, &
terram coelo, audeas permiscere.

Responsio
Poeta.

Ad hæc excandescens Rex Poeta. Q im-
probum inquit caput, Talia de nobis temerario
ore dicere præsumpsisti, Simulq; arreptum po-
culum in illum furibundus immisisset, nisi ex cir-
cumstantibus quidam apprehensam eius dex-
tram ab iclu diuertisset. Non dubium quin ir-
ritatis utrinq; animis, ex uerbis ad uerbera,
uulneraq;

GRAMMATICALE. 4.

~~vulnera~~q; deueniendum fuerit, nisi interueni-
entes seniores & saniores uiri, utrumq; regem
furore ebrium, in suas ædes reduxissent.

Postridie cum ambarum partium studiosi Sequentis diei
conuenissent, maxima apud omnes de pridia= acta comme=
na contentione disputatio habebatur. Maior morat.
pars & iuniores precipue, mirum immodū fre=
mere. Terentius qui tunc ibi aderat, cū suaderet
nihil precipitata sententia fieri debere, & om=
nia prius consilio quam armis sapiētem expe=
riri oportere, Tantus nihilominus fuit omnium
nominum cum suo Rege ad arma consensus, ut
in eam itum sit sententiam, omnibus uerbis con=
tinuo bellum indici debere.

Missio igitur Tubicine ad Regem Amo, bel= Verborū Re=
lum manifestum confidentissimis animis denun= gi bellum in=
ciarunt, Nec saniora quidem apud uerborum dicitur.
Regem agitabantur consilia, ad quem conue=
nientes suæ partis ordines, omnes longa discep=
tatione agebatur, de retinenda in Grammaticæ
regno Verborū dignitate, deq; nominum præ=
sumptione deprimenda. Interim superue=
niens Poetæ Regis nuntius, de bello, quæ sibi
mandata fuerant, diligenter exposuit, Enimue=
ro leto se animo accipere illis respōdentibus, ad

A ññ belli

B E L L V M

belli cogitationes uersi sunt omnium animi.

Legatio Re=
gis uerborū.

Misit itaq; uerborum Rex tibicines & nun=
cios suos ad omnes nationes & gentes, quæ suo
parebant imperio, iussitq; ut cuncti, armis ido=
nei, ad constitutum diem adessent.

Aduerbia lo=
calia, interro=
gatiua enume=
rat cum suis
responsiuis.

Quo.

Vbi.

Qua.

Vnde.

Quorsum.

Quousq;.

Omnium autem primus adfuit Aduerbio=
rum dux Quādo, cum centurionibus sex, uide=
licet Quo, Vbi, Qua & Vnde, Quorsum &
Quousq;. Quos sequebantur manipulares sui,
Sub primo quidem hi erāt, Huc, illuc, istuc, in=
tro, foras, alio, nequo, aliquo, siquo, illo & eo.
Sub secundo, Hic, illic, istic, intus, foris, ibi, ibi=
dem, sicubi, necubi, alicubi, alias, alibi, usquam
& nusquam. Sub tertio, Hac, illac, istac, nequa,
siqua. Sub quarto, Hinc, illinc, istinc, inde, ali=
cunde, celitus, funditus. Sub quinto, Horsum,
illorsum, introrsum, extrorsum, dextrorsum,
sinistrorsum, aliorsum, retrorsum, sursum &
deorsum. Sub sexto. Hacenus, hucusq;, eousq;
usq; modo, usq; nunc. Sextus centurio signum
ferebat manu propria, ibatq; medius omnium,
ita ut duo præcederent ordines, ipse sequere=
tur, tres clauderent agmen. Multa alia aduer=
bia antecurrebant. Quædam procedentiū acie=
rum tegebant latera, illa itinera explorabant.

Hæc

GRAMMATICALE. 4.

Hæc curabant ne ordines interrumprentur, quorum nomina hæc sunt, Peregre, pone, super, supra, intra, extra, citra, ultra, cum aliis pluribus.

Venere post hæc alia Aduerbia, qualitatis, Aliarū significationum & numeri, cum quibus erant aduersionum aduersionum iurandi, Edepol, Ecastor, mehercle, & aduersionum reprofecto, Item uocandi, ut heus & o. Respondendi ut hem, Ridendi ut ha ha, Negandi ut minime, nequaquam, qui nequaquam, licet strenuus in bello esset, & diu exercitatus, nihilominus omnium mendacissimus habebatur. Omnia hæc aduersionum triplici muniebantur armatura, qua ferebantur; pro scuto, speciem, pro lorica, significationem, pro ense, figuram.

* Multæ aliæ nationes Verborum uenere in auxilium regis sui, uidelicet, natio Inchoatiua, Frequentatiua, Meditatiua, Desideratiua, Imitatiua & Diminutiua, cum copiis non spernendis. Adfuere etiã fortissimi satrapæ Anomali, qui late dominabantur in cõfinibus Grammaticæ, bellicosissimi quidem, sed qui nullo possent contineri ordine, scilicet Sum, uolo, fero, & edo, quibus cõcessum fuit a rege, ut in quocunq; uellent castrorum loco, sua figerent tabernacula, modo inter milites nullum concirent tumultum.

Accidentia
Aduerborū
explicat.

*
Enūeratis aduersionum uerbiis, nunc auxiliare turbam uerborū explicat.

● Ingeniose Anomala uerba describit.

A v Post

B E L L V M.

Defectiua uerba enumerat. Post hos aduenit natio uerborum Defectiua, pulcherrime per turmas ordinata, scilicet

Quintuplicia uerborum genera adfert.

Accidentia uerborum enumerat.

Topographia est castrorum Regis Amo.

Coniugationes uerborum enumerat.

Verba exēp- te actionis recenset.

Memini, noui, coepi & odi. Item Vale, Aue, Salue, Aio, inquam, faxo, cedo, omnes armati & ad pugnam presentissimis animis preparati, Quos sequebatur omnia uerba actiua, uestita in o, & passiuia in or, Neutra quoq; cum Depo- nentibus & Communibus & Impersonalibus, Erantq; armata generibus, temporibus, modis, speciebus, figuris, personis & numeris.

Congregato huiusmodi exercitu, rex Amo omnes copias deduxit in latissimos campos con- iunctionum, in loco quodam, qui dicitur Copu- la, Ibiq; castrametatus est, iuxta flumen disjunc- tiuarum, nomine Siue, Diuisitq; omnia sua uer- ba in quatuor coniugationes, unicuiq; tribuens in castris proprium locum, exceptis quibusdam familiaribus uerbis, quibus iniunctum fuit, ut sarcinas ferrent Infinitiuorum, ut sunt, incipit, desinit, debet, uult, potest, iubet, audet, nititur, tentat & dignatur. Ultimo omnium uenere in castra quedam uerba magne authoritatis, ut pluit, ningit, fulgurat, tonat, fulminat, chorus- cat, diescit, noctescit, lucefcit, aduesperascit, trahentia post se cohortes fortissimorum mili- tum

GRAMMATICALE. 6.

tum suorum, sed & Gerundia cum Supinis, relictis nominibus, transfugere ad Verba.

Audiens uero nominum Rex Poeta, quanta Enumeratis contra se preparassent aduersarii sui, ueritus copiis uerbone subita ui aliqua ingruente, opprimeretur, si rû, auxiliare imparatus tantarum uirium impetum expecta= nominû turbaret, omnibus imperio suo subditis indixit, ut cõmemorat. quamprimum fieri posset, armati & instructi pro uiribus adessent, In cuius auxilium, utpote Eleganter nupropinquiores, primi adfuere Pronominû du= merû Pronoces. Ego, Tu, Sui. Consanguinei ipsius regis, & minû insinuat ex eodem sanguine procreati. Meus, tuus, suus, noster, uester, nostras & uestras. Item, Ille, ipse, iste, hic, quis, qui. Omnia autem Pronomina diuisa erant in cuneos, alia erant Primitiua, alia Deriuatiua, alia Relatiua, quedam Possessiua, quedam gentilia.

Venere insuper tres articuli pugnacissimi & longo belli usu exercitati, hic, hæc & hoc. merat. Omnia hæc Pronomina, speciebus, generibus, Accidentia numeris, figuris, personis & casibus armabantur, & diuisa erant in quatuor declinationes. pronominum explicat. Duces Relatiuorum, Quis, Qui, Quæ, Quæ, Varia Relatiua adducit. Quod, Quid, Referendarii erant generales regis nominum in suo regno, cum quibus fuere omnia

B E L L V M

omnia Relatiua substãtiæ, distincta in duas turmas, identitatis & diuersitatis. In prima numerabantur, Tuus, suus, ipse, sui, Ille & idem. In secunda Ceter, alius, reliquus, alter. Princeps Relatiuorum accidentium erat Qualis, cum quo militabant, quãtus, quot, quotuplex, cuiusmodi &c.

Mira ingenii industria Præpositiones enumerat, diuidens eas in tres turmas.

Præpositiones acti casus.

Ablatiui.

Vtriusq;

Inseparabiles

Varia nomina enumerat.

Venit etiam Præpositionum Regina Ad, cū qua erant ab & in, coniunctæ nominũ casibus, Ducebantq; secum tres phalanges strenuorum militũ. In prima erant Apud, Ante, Aduersus, Cis, Citra, Circiter, Circũ, Circa, Contra, Erga, Extra, Inter, Intra, Infra, Iuxta, Ob, pone, penes, per, prope, propter, post, præter, supra, Secundum, secus, trans, ultra, usq;, Versus. Omnes seruietes accusatiuo casui. In secunda fuerunt A, Abs, Cum, Coram, Clam, De, E, Ex, Pro, Præ, Palam, Sine, Absq;, Tenus. Omnes seruietes ablatiuo casui. In Tertia erant. In, Sub, super, subter, quæ seruebant utriq; casui, Militabant & hic Præpositiones, Di, Dis, Re, Se, An, Con, Eratq; eorum proprium officium, compositionem facere, in usum militum. Nam tunc dies quadragesimæ erant.

Atqui omnia nomina in suas acies distributa, pulcherrimo ordine procedebant, scilicet propria

GRAMMATICALE 6.

Propria, Appellatiua, Substantiua, Adiectiua.
 Post quæ Comparatiua et Superlatiua, Hetero-
 clita, Patronymica, Possessiua, Denominatiua,
 & Numeralia, distinguebanturq; in quinque decli-
 nationes, scilicet, Primam, Secundam, Tertiã,
 Quartam & Quintam, quorũ arma erant, spe-
 cies, genera, numeri, figuræ & casus.

Accidētia no-
 minũ recenset

His igitur omnibus in unum coactis, Rex no-
 minũ Poeta copias, & ipse suas deduxit in ean-
 dem planitiem Coniunctionum, Posuitq; castra
 ab altera parte predicti fluminis Siue, Ita, ut
 tantos exercitus unicus diuideret alueus flumi-
 nis, Vnde & factum est, ut inter aquantes, non
 leuia interdum prælia mirentur. Nunquam ta-
 men totis copiis in aciem descensum est, prohi-
 bentibus id utriusq; partis regibus, quoniã nec
 dum ad pugnam necessaria omnia parata intel-
 ligebant.

Satagebat uterq; regum Participium in su-
 as partes trahere. Erat uero Participiũ in tota
 Grammaticæ prouintia maxime authoritatis,
 et post reges, dignitate & potētia primus, Qui
 in quamcunq; partem cum suis uiribus inclinaf-
 set, haud dubie uictoriam secum trahere posse
 uidebatur. Quapropter non tam Verbum quã
 Nomen

Vterq; regũ
 Participiũ in
 suas partes
 trahere nitẽ-
 batur.

B E L L U M

Nomen, ut hunc sibi adiungeret, nihil intentatū
prætermittebat.

Epistola regis
nominum ad
Participium.

Præoccupans autem Nominum rex Poeta,
huiusmodi ad illum literas dedit. Non arbitror
te præterire, frater mi, quanta insolentia, quo
animi tumore contra me nominumq; dignitatem
insurrexerit Verborum rex Amo, quæue teme-
ritate conficiendæ orationis primas partes sibi
usurpare præsumat. Propter quod, licet inuiti,
arma sumere, & copias cogere coacti sumus, ut
illius cõtusa superbia, auctoritatem nostram illi-
batam conseruare ualeamus. Enimuero, cum op-
time scias quantum nominum gentibus debeas,
quæue ab illis beneficia acceperis, feceris pie-
tate & fide tua dignum opus, si cõmunem rem,
cõmunes spes, nobiscum protecturus, cum tuis
te legionibus nobis adiunxeris. Nam euerso no-
minum imperio, nihil est quod in Grammaticæ
solo tutum tibi possis arbitrari. Vale & quantū
potes tuum festina aduentum.

Epistola regis
Verborum ad
Participium.

Scrispsit uero & Rex Amo ad Participium
in hæc uerba. Non me latet Charissime amice,
sollicitari te maxima instantia ab aduersariis no-
stris, ut contra nos bellum gesturus secū in cam-
pum descendas, Et licet pro tua prudentia nihil
temere te gesturum confidamus, necessarium ta-

me 12

GRAMMATICALE. 7.

men duximus admonere & hortari te, ut mente
reputes quæ a nobis habeas commoda, Quanta
ex uerbis dignitati tuæ fiat adiectio. Et licet mi-
nutula quædam a nominibus accepisse uidearis,
ampliora tamen sunt, quæ tibi a nobis tribuun-
tur. Iustius itaq; feceris, si ad foelicia hæc no-
stra perueneris castra. Nam nec uerisimile est,
si succubuerimus, ipsos hostes a rebus tuis tem-
peraturos, quin uictoria (quod Deus auer-
tat) in te conuertant arma, quo soli tandem in
omni Grammaticæ solo pro effrenata animi li-
bidine grassari queant, Vale.

Ambarū igitur partium lectis literis, cogi-
tabat participiū neutri se parti adherere posse, cet neutri ad-
sine grandi rerum suarum pernicie, Contra, si herere uolue-
se medium gerat, uel amborum seruare gratiā, rit, insidias ta-
uel quod magis destinabat animo, utriusq; res men parabat,
bellorum cladibus ita affligi posse pensabat, ut ut oppressis
illis depressis, regno Grammaticæ sine contro- regibus ipse
uersa potiretur. Verum dissmulandas huius= regno potire=
modi cogitationes censebat, ducendosq; utrosq; tur.
uerbis, quoad certaminum euentum posset inspi-
cere.

Rescripsit itaq; utrisq; in hæc uerba. Acce-
pi literas uestras, illustrissimi reges, easq; non ticipii ad utriū
sine ingenti animi dolore perlegi, audiens inter q; regē, Quos
adeo

B E L L V M

acriter casti- adeo cōiunctos principes, tanta exorta dissidia,
gat, aliud ta= ut contineri minime possitis, quin Grammaticæ
men anio præ tam celebre imperium, & propria regna cru=
se fert. entissimo bello sitis euersuri. Quæ uos occupât
intemperie? Vnde ea mentium alienatio? Per
immortalem deum, quo progrediamini? Paululū
cogitate, quantū letabuntur aduersarii uestri ig=
norantiæ & barbarismorum incompositi po=
puli, intuentes hostium suorū uires, mutuis dis=
sidiis lacerari. Adiuro uos per deos omnes, su=
peros, medios et infimos, regredimini, abstinete
funestis armis, ne damnabili dominandi libidine
pulcherrimam totius orbis prouinciam tumult=
ibus & cladibus inuoluatis, Atqui, si ita in=
fatis fuerit, si omnino decretum est uobis bello
decernere, Meum erit nulli uestrum adherere.
Partem quippe iurisdictionis meæ capio a uer=
bo, partem a nomine, Et cum utriq; multū de=
beam, utrumq; comeatu, aliisq; ad uictum ne=
cessariis rebus, quantū potero, adiuuabo. Ab=
stinebo autem armis, tantumq; ad id meas cogā
copias, ne in hac bellorum licentia fines imperiū
mei aliquatenus possint deuastari. Dent uobis
dii ut saniora cogitetis, Valete.

Versutiā Par
ticipii descri=
bit.

Licet uero Participium hæc rescripserit,
alebatur nihilominus uersipellis & uaser, quibus
poterat

GRAMMATICALE 8.

poterat modis, regum discordias, concitabatq;
ocultis literis, utriusq; gentis animos ad pugna,
sperans ex eorum internitione, facile sibi adi-
tum ad totius Grammaticæ imperium posse pa-
rari.

Dieq; quo milites sui ad se conuenirent, in-
diclo, non cõtemnendas & ipse copias aggre-
gavit. Adfuere in primis desinētia in Ans, Ens, Terminatiões
tus, sus, xus, rus. & dus, cum nominibus uer- Participiorū
balibus in Tor, Trix, & similia, Quæ incolebāt enumerat.
loca uicina Verbo & Nomini, Participio se Noīa uerba=
adiunxere, Sed & Gerundia & Supina, ut ci- lia adfert.
uilia bella declinantiā, ad participium transfu-
gere.

Rebus hoc pacto dispositis, quo se utrisq;
gratum exhiberet, destinavit utriq; munera
pretii non exigui, Et uerbo quidem primo mi-
sit illa Neutropassiua, Gaudeo, Soleo, Audeo,
Fio, Prandeo, Cæno, Iuro, Titubo, Placeo, Nu-
bo, Careo, Mœreo, Taceo, et Quiesco. Nominū
autem Regi dedit, desinentia in Tor, & Trix,
misit etiam pro pedamento exercitus uerbo,
plaustra centū præteritorū, præsentium & fu-
tutorum, Camelos mille figurarum simplicium
& compositarum. Nomini uero per flumen Si-
ue, transmisit decem onerarias naues casuum

Quid suffra-
gii Participi-
um utriq; re-
gi fecerit, re-
censet.

Accidentia
Participiorū
ingeniose enu-
merat.

B nominatiuo =

B E L L V M

nominatiuorum & genitiuorū, Et totidem numerorum singularium & pluralium, Multaq; alia genera, Masculina, Fœminina, Neutra, Cōmunia, & Omnis, Quibus peractis, continebat se cum legionibus suis intra proprios confines, expectans, quonam inclinaret fortuna. At bellicosi reges, cum omnia abunde præparassent, nihil cogitabant aliud, quam ut ex preclara aliqua re belli initia ordirentur.

Belle Vocales Accidit autem, ut ex nobilioribus ciuitatibus totius Grammaticæ, duæ furto interciperentur a uerborum Rege, uidelicet A & V, duæ uerbis, Quod audiens Rex Poeta, eisdem artibus, tres tres noībus ac alias occupauit E, I, & O. Reliquæ ciuitates cōmodantur, cautiū uigilantes, sua seruata libertate, utrisq; presertim in se communes exhibuere, Quorum nomina sunt Cremento. b. c. d. f. g. l. m. n. p. q. r. s. t. x. & z. quibus omnes Grammaticæ neruos constare certissimum erat. De Diphthongis binæ cuilibet enūerat, quæ regum datæ sunt, ut tubicinum officium exercerent. Sequebantur insuper utraq; castra, mubūtur & proliercule quædam mimæ, uariis affectibus miseruntur, duæ tum mentes afficientes, Earum quædam flebant scribuntur & lamentabantur Grammaticæ cōmunem stragē nō proferuntur.

GRAMMATICALE. 9.

gem, quam imminere prospiciebat, ut Oh, Ah, Interiectiones Heu & Hei. Alie indignabantur & carpebant regum discordias, ut uah, proh, ue, atque diuersarum significationum. Pleraque admirabantur inter tam coniunctas adducit. personas, ea orta esse dissidia, ut Papa, Sed & quedam ob mentis leuitatem gaudebant, hortabanturque milites in prelium, ut Eia, Euax.

Ceterum omnibus ad pugnam instructis, uisum est uerborum regi, quo ciuiles clades quantum in se esset, declinaret, honestaretque aliquid biter factum suum, Nominum Regi huiusmodi Epistolam scribere. Intelligere potuisti O Poeta, quam paratus, quam robustus tecum certaturus in campum descenderim, nec ignarus es, eas tibi minime adesse uires, ut legionum mearum impetum possis expectare, Tuis prudenter consules rebus, si mihi cedens, tuis te continueris, Quod si insanire pergas, statque sententia ferro decernendi, die tertia, omnibus copiis tecum congressurus in campum descendam.

Has literas, cum Nominum regi dedissent tui bicines Au & Eu, Ex consiliariorum suorum sententia, Ita & ipse respondit. Semper

B ii tibi

Deductis in campum aciebus, uerborum Rex ad nomen regem Epistolam mittit, in qua diem certaminis pandit.

Regis nominum responsio, a cerbam casti-

BELLVM

gationē uerborum regis continens. Epistola.

tibi uerborum est plusquam satis O Amo, nec nouum est, quod uerbositate tua audientium aures obtundas, Iactas tu pugnaces exercitus et tuos terribiles apparatus, quasi nos pumilio- nes locustasue nobiscum habeamus, Possessio tibi parua fuit semper in oratione, Et nunc eo te impulit tua insania, ut effugere nequeas, ~~Quia male parata, peius gesta, pessime retenta,~~ hac tua regni portione iustis armis eiiciare. Et ut scias quanti tuas inimicitias faciamus, tubicines nostri Ae et Oe nomine nostro nudatos, tibi lumbos porrigent, Si ut uelim ualeas, extremū ualeas.

Latrocinia quae in bello fieri solent, describit.

Huiusmodi literis irritatis utrinque animis, futuri prelii diem ardentissime cuncti expectabant. Creuerat interea ex temporum occasione (ut fit) ~~facinorosorum licentia~~, exieratque latrunculorum non spernenda manus, quae omnē Grammaticae prouinciā predabantur, obsidentes itinerantes, aut alios in utraque castra commeatum ferentes. Quapropter crescente indies

Bellorū incōmoda recenset, quae sunt Annonae inopia, rei do-

apud utrumque exercitum annonae inopia, intellecta eius rei causa, de utriusque regis consensu, ~~Missi sunt duces quidam peritissimi, cum militum oportuna manu, ut uel captos latrones interficerent, Vcl fugatos omni Grammatica~~
procul

procul expellerent, Qui ad ea peruenientes lo- mestica negli-
 ca, circumdato a militibus quodam saltu, In quo gētia, bellan-
 plerosq; ex illis latere compererant, Omnes ad tiū inter se, iu-
 unum intercepere, inter quos fuit quidam no- gis contentio
 mine Catholicon, qui grandem asinum uoca- & interitus.
 bulis græcis, latinisq; confuse permixtis onu- Somniabundū
 stum in Italiam agebat. Et ceteros quidem cum Catholicō in-
 laqueo necassent, hūc solum uiuū cum suo asino telligit, qui la-
 in castra duxere, qui tormentis coactus, con- tina græcis et
 fessus est se omnia uocabula in Grammatica ter græca latinis
 ris furto surripuisse. Cum uero eum quis Græ- immiscuit om-
 cæ interrogasset, ingenuēq; respōdisset se Gre- nemq; barba-
 cæ nihil scire, latinæ parum. Quid ergo (in- riam induxit.
 quiunt iudices, Græca tecum defers uocabula
 quæ non intelligis? ad quæ ille. Tanta apud no-
 stros est imperitia, ut etiam si barbare loquar
 facile illis persuadeā me atticæ eloquentiæ an-
 gulos omnes penetrasse. Risere uehementer ad-
 stantes cuncti, hoc audito, Et me hercle, inqui-
 unt, quādo tam faciles auditores habes, quæ tua
 sunt, aut alias eorum domini non comparebunt,
 Tecum ad illos ferens ibis incolumis, Quæ ue-
 ro certum dominum habere dinoscuntur, ea ut
 restituas, dignum iudicamus.

Facta igitur diligenti inquisitione, omnia
 B iiii ferme

B E L L V M

ferme Græca, Isidoro, cuius fuerant, restituere, cætera latinis ut asportaret permittentes, illum dimisere cum suo asino, iam leuius incedente, iubentes nihilominus, ne unquam, nisi inter imperitos & indoctos auditores suos, Grammaticum se profiteri auderet.

Priscianus
omnium fere
Grāmatorū
primus a bar
baris immu=
nis non erat.

~~Priscianus, uir prestantissimus, & in omni~~
~~Grammatica apprime honoratus, cum egrese~~
rens civilibus bellis Grammaticā deuastari, se=
ditiones sedaturus, in castra festinus pergeret,
a latronibus, Catholicon & sociis, captus, spo=
liatus ac fustibus pulsatus, tale uulnus in caput
accepit, ut nullo unquam medicorū studio, cu=
rari potuerit. Ex his, non multo post, captus fu=
Taxat Autho it quidam, qui se falso Historiographum publi=
rem illū q̄ sup ce profitebatur, congesseratq; innumeras, in
plemētū Chro uolumen quoddam, ineptias, Atq; eum librum
nicarū scrip= supplementum Chronicarum appellauerat, quē
sit, Et multas questionibus omnia furta fateri coactum, in ig=
ineptias con= norantiæ terras perpetuo relegarunt.
gessit.

Pugnā Ano=
malorum &
Nominū de=
scribit.

Dum hæc agerētur, egressi ex uerborū ca=
stris quidam ex genere Anomalorum, uidelicet
Sum, Volo, & Fero, cū cohortibus tribus, inter=
cepere unum ex centurionibus nominū, dictum.

Ceter

GRAMMATICALE. II.

Ceter, qui erat de genere relatiuorum, Late= Ceter.

batq; cum manipularibus suis in quadam spe= lunca, posita in biuio cōiunctionū, quod & cū.

Ipsūmq; cum omnibus suis singularibus truci= dauerunt. Plurales uero in tali discrimine con=

stitutæ cū se Pasquillo Romano, grandem Cereū

oblatturos uoto obligassent, eius sancti meritis præter omnem opinionem incolumnes euasere.

Pasquillus i= mago est Ro= mæ in pario= ne sub ædi= bus cardinalis Neapolitani.

Quodcum Poetæ Regi nunciatum fuisset, iratus est uehementer, tulitq; egerrime, quod ta=

lem Centurionem amisisset. Erat quippe is Ce= ter fortitudine insignis, audacia celebris, & mi=

litaris rei peritia nulli secundus. Obseruabat igitur omni studio, si quo pacto acceptū dam=

num bene cumulatum, hostibus posset retribuere. Verum fortuna, quæ cum in omnibus rebus plurimum potest, tum in bello plane domina=

tur, optimam prebuit occasionem, Nam eisdē diebus, ab leuis armaturæ militibus nominū, cap=

tiui in castra adducti sunt cōplures, ex uerbo= rum legionariis, inter quos erant ex imperati=

uorum genere, Dice, duce, face & fere, qui= bus ignominie causa, posteriores uestium par=

tes precidi iussit rex Poetæ, ita ut nudas nates conspicuas gererent. Et dimissi, uocati sunt in cat.

Iacturā militis Ceter, hodie in belli tumultibus omnes fere deplorāt

Quo pacto sin copata sint hæc uerba, du co, dico, expli

B iiii posterum

BELLVM

Adducit q̄dā posterum, Dic, duc, fac & fer, Fuo & spitio uerba simpli- similiter captos necari iussit, quorum bona a cia inusitata, uerborum rege accipere eorum per rectam li- quorū tēpora neam legitimi descendentes, Inter quos futu- tamen recipi- rus, Et fui cum aliis a suo oriundis, Et a spicio unt eorū com- Conspicio & despicio, ceterisq; a Spicio des- posita. cendentibus.

Commune ma- lum belli est, Detecta est interim in castris uerborū gran- Coniuratio, dis proditio, Coniurauerant enim quidā mon- Conspiratio strosi milites, de genere præteritorum perfectio- & Proditio. rum, quibus bina erant capita, moliebanturq; insidias uerborum regi, qui capti, conuictiq; dānati sunt perduellionis, siue crimine lese ma- iestatis. Nomina eorum fuere, Momordi, Ceci- di, Cucurri, Pepedi, Cecini, Peperi, Spospon- di, Tutudi, Pepuli & Fefelli, quibus iussu re- gis in Præsenti tempore unum caput abscisum fuit, Et ubi prius dicebantur Momordeo, Cu- curro & c. Postmodum uocabantur Mordeo, Curro & c.

In Futurū pug- Adueniente demum pugne die, uterq; rex ne inditiū uex in eminentiore castrorum loco pallium rubrum illum e summo poni iussit, quo milites admoniti futuri prelii, castrorū loco curarent corpora, prepararentq; arma ac re- exhiberi so- liqua in hoc opus necessaria. Postridie, summo let, quo mili- mane, pransis militibus, ex omni parte, Copie summo

Summo silentio in campum deductæ sunt, Expli-
 catiq; ordinibus, suos quisq; ut uiriliter agerēt
 efficaci oratione excitabat, quamuis minime
 opus erat, per se satis accensos uerbis accen-
 dere, quin ipsi ultro crispantes tela furibundi
 ineundi prelii signum expetebant. Postquam
 id actum est, Tubæ utrinq; canunt, Cōtra con-
 sonat terra, Clamorem utrinq; efferunt, Impe-
 rator utrinq; hinc & illinc Ioui uota suscipere,
 hortari exercitum pro se quisq;, Id quod quisq;
 potest & ualet edit, ferro ferit, tela frangūt,
 boāt Cœlum fremitu uirum, cadunt uulnerum
 ui uiri utrinq; multi.

tes ad arma
 prouocentur.

Bellum Gram-
 maticale de-
 scribit.

Videre erat inter cæteros Defectiua uerba
 pugnantia cum nominibus Heteroclitis, Et hæc
 quidem suis casibus & generibus numerisq; plu-
 ralibus acriter feriebant aduersarios. Illi uero
 audacter resistebant, repercutiebantq; nomina
 Heteroclitæ modis & tēporibus, confringebātq;
 eorum Numeros & Genera suis coniugationi-
 bus, Ex quibus Aio singulari utens audatia.
 duorum nominum Heteroclitorum impetum diu
 sustinuit, Verum cum resistere non potuisset,
 spoliatum fuit multis personis, modis, tempori-
 bus & numeris. Remanseruntq; illi ex omni-
 bus suis hi tantum, Aio ais ait, aiunt, aiebam

Duellum uer-
 borū defecti-
 uorū & nomi-
 num Hetero-
 clitorū cōme-
 morat.

Aio.

B v aiebas

BELLVM

aiebas aiebat aiebant, cætera hostium gladiis cecidere.

Bellū tam horrendum fuisse prædicat, ut præ clamoribus terræ motum, eo tpe factum non senserint.

Ingeniose ac cidentia partium enūerat.

Interiectiones recenset.

Miro ingenio bellū dirēptū fuisse scribit pluuiis & tempestatibus exortis.

Pugnantibus hoc pacto utriusq; legionibus atq; adeo simul permixtis, ut uix hostes a sociis possent discernere, Tantus fuit omnium in prelium ardor, Tanta animorum intentio, ut cū eadem hora terræ motus terribilis fuerit, Et in ea prouintia uicinas urbes prostrauerit, Nullus tamen corū id senserit. ❁ Obscurabatur sol multitudi- ne sagittarum, numerorum Singularium & Pluralium, obtundebantur aures omnium clamoribus figurarum compositarum & decompositarum, uulnerabantur innumeri iaculis species primitiuæ & deriuatiuæ, Sed & tubicines utriusq; partis terribili ~~trantantura~~ concinentes, militum animos in pugnam, mirum in modum incendebant, mulierculæ quoq; mimæ interiectiones scilicet, pugnantium ordines circumeuntes, cuncta suis affectibus perturbabant. Ex quibus frequentius audiebantur gementes ille, Heu & hei, Oh oh, ah, ue. Atrox prelium fuit & nisi coorta subito tempestate, ingens superueniens aquarum uis, pugnam diremisset, actum sane fuisse, de uniuersis Grammaticæ uiribus. Tanta namq; erat omnium in mutua perniciem rabies, ut ingruente imbre ac signo

ac signo receptui dato, uix tamen atq; agræ in castra reduci potuerint. Ambiguitas fuit maxima, penes quos eius pugnae uictoria staret, Ingens utrinq; clades, Ingens cedes, ingēs apud utrosq; iactura, nec facile fuerit amborum detrimenta sermone complecti.

In primis, ex parte uerborum, Verbū De= Iacturam belli fecit, Infit, amisit omnes ab eo descendentes, In= tes, Omnia genera, tempora, modos, personas, dicans quid & numeros, Ipseq; singulari Dei munere (quo cuiq; regi sit niam in periculo positus, uouerat se nunq; reli= Ablatum. gionem aliquam ingressurum) saluus euasit, Sed tanto ex eo casu terrore perculsus fuit, ut postmodum in Grammaticæ regno prodire in publicum raro sit uisus.

Forem, spoliatus fuit omnibus suis rebus, Forem. præter forem, foret, & fore.

Aue, Salue, Vale, de genere Imperatiuorum Aue. grandem commilitonum suorum stragem acce= Salue. pere, paucis conseruatis, qui & nunc compa= Vale. rent, alios amisere.

Faxo, ex eadem gente adiuuorum, cum om= Faxo. nibus suis manipularibus, circa se trucidatis, cū tribus tantum, uidelicet, faxis, faxit & faxint, fuga euasit.

Inquio.

BELLVM

- Inquio. Inquio de genere neutrorum conseruauit, Inquies, inquit, inquiunt, inquam, inquiet, inquiet, Reliquos bellum absumpsit. Inquiēs cum in castris participiorum esset, periculo non interfuit.
- Apage. Apage & Apagete, cunctis commilitonibus amissis, soli euasere.
- Diet. Diet uniuersos socios amisit, præter diescit.
- Facio. Facio, orbatus fuit filio suo facior, qui tamen priusquam expiraret, militari testamento heredem instituit, fio.
- Posco, Disco, Metuo, Timeo, Renuo, Respuo, Compesco, Vrgeo, omnes de genere actiuorū, perdidere sua supina. Occasum, beneficio notis, saluus euasit.
- Cupio, Peto, Quero, Arcesso. Nonnulla uerba quæ amiserant Præterita sua Tertie coniugationis, in supplementū accipere, postmodum Præterita Quartæ coniugationis. In quorum numero fuere, Cupio, Peto, Quero, Arcesso & Laccesso. Quædam amissis futuris in am, ne futurorum omnino abiicerent spem, Emerunt in nundinis Recatanensibus, alia futura in bo, ut, Eo, queo & Veneo.
- Recanetum urbs Italiae ad mare Adriaticum sita. Omnia uerba splendoris, spoliata sunt supinis, Inter quæ Luceo, Fulgeo, Splendeo & similia
- Fulgeo, Splēdeo.

similia. Fulcio singulari usus audacia excussit Fulcio.
periculum & retinuit suum fultum.

Posteaq̄ ea enumerauimus, quibus aduersi Postq̄ recen=
aliquid euenit, minime æquum fuerit carere lau sicut uerba qui
dibus illa uerba, quæ, re strenue acta, uel ex ho bus aliquid ab
stium spoliis, uel sui regis munere, ad priorem latū est. Nunc
statum aliquid addidere. Inter cætera eminent, ea enumerat
coenatus, iuratus, mœstus, nuptus & pransus, quibus aliqd
quibus ultra propria præterita uocis actiuae, accreuit.
accessore etiam præterita uocis passiuae.

Redimo duobus auctus est sensibus. Possidet Redimo.
enim ea hora tria significata, uidelicet Emere,
Liberare & emendare.

Explicat, ultra proprium sensum, qui est, Explico.
extendere siue emittere, obtinuit, ut explana=
ret, ostenderet, extraheret & exhiberet.

Præsto multos accepit sensus, scilicet con= Præsto.
cedere, tribuere, beneficium dare, persoluere,
excellere & superare.

Haurio maiore ditatus est preda. Signifi= Haurio.
cat enim accipere, audire, extrahere, aspicere,
auide sumere, uulnerare, tenere, defatigare,
uacuare, luere & consummare.

Pasco geminos accepit intellectus, comme= Pasco.
dere & alios alere.

Vaco

B E L L V M

Vaco.

Vaco, licet minime se prelio immiscuerit. Nam (ut apud Plautum ait Sostia) cum pugnant maxime, fugiebat maxime, Fortuna tamen quæ & desides plerumq; coronat, illius ignaviam pigrioribus exuviis uoluit decorare, Fugientes enim ex pugna hostium, quosdam conspiciatus, tabernaculo exiliens interceptit, quibus postea grandi pecunia se redimentibus, sex sibi ultra priorem sensus acquisiuit, scilicet operam dare siue intendere, Cessare siue in otio esse, inferuire, ociosum esse, carere & uacuum esse.

Studeo.

Studeo, tria lucratus est significata, fauere operam dare & conari.

Pango.

Pango, tres sensus accepit, scilicet Canere, & tunc Præteritum habet Panxi, Pacisci, tunc habet Pepegi, Coniungere, tunc habet Pegi.

Sapio.

Sapio, ex ea die, binos tenet sensus, scire & saporem reddere.

Fero.

Fero, ex Anomalis, multis auctus est sensibus. Significat enim portare, pati siue sustinere, ducere, dirigere, dicere, nominare, dare, exhibere, concupiscere, extollere, gignere, asferre, auferre, recipere, assequi.

Confiteor.

Confiteor triplicem accepit intellectum, scilicet laudare, purgare, & manifestare, siue asfirmare.

Supero

GRAMMATICALE. 15.

Superò, ob illius eximiam inter omnia uerba potentiam, dati sunt sex sensus, scilicet, supergredi, uincere, superabundare, superuenire siue superstitem esse, restare & occidere.

Fuere quoq; uerba quaedam, quæ amissis propriis præteritis, acceperunt postea a suo præterita quorundam passiuorum, quæ bello ceciderant, scilicet, Audeo, Soleo, Gaudeo Fio & Fido.

Verba illa pestifera & pernitiōsa, aliud semper in lingua, aliud in corde clausum habent, licet nullum lucrum eo fecerint bello, tamen prætereunda nō sunt, Nec eorum recte arbitror nomina, ut ab illis caueant cuncti. Quoniam passionem continuo afferūt cie actionis, quorum hæc nomina, Exulo, Nubo, Veneo, uapulo. Ultimi huius insidias, quisq; quo fuerit cautior, eo enixius declinabit, si suis recte consultum uolet natibus.

Cognitum est inter nomina quoq; non minus quam inter uerba uariasse fortunam, ut a posituius incipiamus.

Fuere ex illis nonnulla, quæ in comparatiuis suis sauciata, medicorum diligentia aliqua fomentum

Supero.

Verba Neutropassiuæ numerat, quæ sub uoce actiua præterita habent passiuorum.

Enūerat uerba, quæ sub uoce Actiua

significationē habet passiuā.

Ostensa clade & fortuna uerborū, Nūc

cladem nomi- num recenset.

B E L L V M

Et primo eni fomentum accepere, uidelicet, Melior, maior, merat ea qui= minor, dexterior, sinisterior, Plus, munificen= bus aliquid tior & magnificentior. Omnia irregularia & ablatum est eo a secunda declinatione descendencia, * Sed & bello. Pius, arduus, egregius, tenuis, & similia, pro=

*

Per magis ista suum forma= bunt cōpara= tiuum.

Nomina desinentia in r, in superlatiuo ami= serunt inus, & pro eo postea acceperunt ri= mus, ut Tener & Saluber. Quibusdam pro si= mus, quo spoliati fuerant, concessum est linus, ut humilis, facilis, agilis, gracilis, similis.

Veteri datum est ueterrimus.

Pulchre ostē= dit arborum noīa esse fœ= minini ge. Ex ceptis his, ru= bus, Oleaster, frutex.

Fuere inter Arborum nomina quaedā, quæ dum in prelio uiriliter agerent, de repente mi= raculose mutarunt sexum, Et ex fœmininis facta sunt masculina, mirantibus omnibus qui aderant, Ex quibus erant Rubus & Oleaster, quæ Luius, ut nōstrosa & mali ominis, mergi, aut Grammaticæ solo prorsus extirpari suade= bat. Verum rex Poeta, nimiam illius supersti= tionem irridens, prohibuit, inquiens, non esse mali ominis, fœminas in uiros mutari, quando ex malo sexu in optimum fiat ista conuersio.

Perspicuū est,

Quibusdam Heteroclitis nominibus, ubi cū defectiuis

defectiuus uerbis pugnarent, abscisi sunt omnes atrox fuisse
 testiculi cum, penic in plurali numero, quem ca= prelium inter
 sum Deus a nobis auertat. Deincepsq; in eo nu= Noia Hetero=
 mero, neq; foeminina fuere, neq; masculina, sed clita & uerba
 neutra, quod certe miseratione dignum fuit. Defectiua,
 ¶ Nomina eorū hæc sunt, Sibilus, Auernus, Bal quādoquidem
 teus, Carbasus, Dindimus, Gargarus, Hisma= utrinq; multa
 rus, Infernus, Locus, Menalus, Suparus, Tar= desiderantur.
 tarus, Pergamus, Supellex. Alia foeliciorem ¶
 successum sunt sortita. Nam cum in eodem plu= Enūerat He=
 rali numero essent Neutra, cum maximo ipso= teroclita ge=
 rummet gaudio, continuo Masculini generis ap nere tantum.
 paruere, ut coelum, frenum, filum, porrum, ra= Porrum.
 strum. Enimvero porrum & frenum, dum Ro= Frenum.
 mæ per emporium agonis transirent, reperta
 tibi sua Neutra pluralia, grandi pecunia redi=
 mere, illisq; uti maluere, Masculino genere re=
 pudiat.

Balsamum ex omnibus Arborum nomini= Balsamum.
 bus, solum remansit Neutri generis, Vnde est
 quod cū nec generare, nec parere queat, tanta
 illius est raritas, ut unico in Iudeo solo, reperia=
 tur, Id quod ipsa arbor egreferens, in lachry=
 mis omnem suum fructum mœsta reposuit.

Alia nomina Neutro plurali spoliata, fœ= Enumerat He=
 mininum acceperunt, ut epulum, delitium. Quædā teroclita ge=
 C omnibus.

B E L L V M

nere & decli omnibus casibus in plurali spoliata, deinceps natione. mutilata & manca remansere, Inter quæ Aer,

Enūerat Defe-
ctiua noīa mas-
culina singu-
laria tantum.
Soles.

ether, fumus, fimus, limus, mundus, pontus, sol, sal, sanguis, puluis, &c. quæ omnia masculini generis sunt. Soles tamē apparuere aliquādo, sed cum id accidit, contra naturam fuit, & pro prodigio habitum est.

Enūerat Defe-
ctiua foemini-
na singularia
tantum.

Similiter & foeminina nonnulla pluribus casibus truncata sunt, ut sunt, fama, fames, gloria, humus, lux, labes, mors, pax, proles, lues, salus, sitis, tellus, tabes, uita, indoles, soboles, senectia, iuuenta.

Enūerat De-
fectiua foemi-
nalia tantū

Quedam alia foeminina omiserunt in eo bello omnem numerum singularem, scilicet, argutie, bigæ, blanditiæ, cunæ, delitiæ, exequiæ, exuuiæ, excubiæ, facetiæ, genæ, lachrimæ, latebræ, minæ, phaleræ, habenæ, insidiæ, &c.

Defectiua neu-
tra singularia
tantū enūerat.

Nonnulla Neutra toto plurali numero exuta sunt, ut cœnum, fœnum, euum, solum, pus, & uirus &c. Insuper alia Neutra, totius singularis sui numeri, iacturam sunt passa, scilicet,

Defectiua neu-
tra pluralia
tantū recēset.

Arma, castra, cunabula, crepundia, exta, mœnia, magalia, pascua, ilia, precordia, sponsalia, &c.

Et fere omnia Nomina Festorum ut Satur-
nalis

nalia, Dionisia, Bachanalia, Floralia & Neptunalia.

Nomina ea uana, quæ semper plura dicunt, & tamen unū solum significant, amisso omni singulari, fuga elapsa sunt, sicut Venetiæ, Pise, Cumæ, Athenæ & Thebæ. Urbium nomina pluralia tantum exprimit.

Nomina Metallorum, omnem pluralem numerum amisere, ut aurum, argentum, Orichalcum, Plumbum, Ferrum & Stannum. Æs uix æra retinuit. Metallorum nomina plu. cetera recēset.

Sed & oleum & frumentū, similem cladem accepere. Alia extremis suis membris, genitiuis scilicet & datiuus pluralibus mutilata, remansere, ut iura, thura, ora, maria & fora. Quæ mensurantur et ponderantur carēt plurali.

Sed nec omnia nomina in eo bello iacturam fecere. Fuere siquidem quam plura, quæ spoliis hostium ditata, maiorem exinde auctoritatē obtinuerunt. Ex quibus quedam ultra primum nominatiuū, alium etiam adepti sunt, ut arbor arborum, honor honores, labor labores, odor odores, cucumer cucumeris, ciner cineris, puluer puluis, accreuit. Postq̄ recensuit nomina quibus aliquid ablatum est. Nūc ea enumerat.

Quæ tamen duo ultima ambobus nominatiuis non induuntur quottidie, Sed quod conspicuum & ornatius est, & ex preda habuere, ad dies reseruant celebriores & festiuos.

Plaga ultra primū significatum, quod uul= Plaga.

B E L L V M

nus siue percussione[m] significat, tres alios sensus accepit, uidelicet, ut pro rete accipiatur, pro spacio coeli uel terræ, & pro linteo candido, quo Romanæ etiam nunc utuntur matronæ, dum in publicum prodeunt. Ops ab ea die tres sensus habet. Nam ops terram significat, sub ope auxilium præbet, sub opibus diuitias.

Ops.

Gerundiorū
uoces sunt
tres, Di, do,
dum.
Lex Solonis.

Gerundia & Supina, quoniam toties transfugerant, mulctata sunt post cōfectam pacem ab utroq; rege, Orante contra eos Demostene, Legesq; Solonis proferente, quibus statum fuerat, omnibus patriæ honoribus priuandos esse eos, qui seditione in ciuitate exorta, neutri parti adhesissent, quoniam priuatis fortunis, plus iusto prospicientes, publicas patriæ res despexisse uidebantur, Et uiuebatur tunc quidem, ut plurimū in Grammaticæ terris, Atticis legibus. Casus igitur oēs, præter tres, gerundiis adempti sunt. Supina uero duos tantū retinere, ægre id ferentibus uniuersis Grāmaticæ incolis, carpentibusq; maledictis non tam Solonis indiscreta præcepta, quam Demostenis impiam loquitatem, Dicentibusq; , illum fascias & lanam domi reliquisse, nec gutturis morbū simulasse, quoniā a Gerundiis & Supinis non fuerat Mi-
de aurum

Supinorū uo-
ces sunt duæ,
um & u.

Demostenis
auaritia.

de aurum, sicut ab Harpalo quondam accipere.

Quicquid ergo in omnibus Grammaticæ terminis auctum diminutumue reperitur, Ex illo cruento, execrabili, & funesto bello processisse, manifestum est.

Posteaquam igitur utriusq; partis legiones, Cesis utrinq; in castra reductæ sunt, desideratorum sauciorumq; censu habito, Intellecta utrinq; clade ac de pace cogitata, omnes passim ingemuere, quæstiq; acriter sunt, quod nimia dominandi libidine, rebus propriis tantum cladem intulissent, Et poenitentia ducti, quicq; eorum, quæ pacis sunt, enixius cogitabat.

Primum uero Rex Nominum Poeta, aduocata contione, nō sine lachrimis ita locutus perhibetur. Scire uos arbitror, commilitones mei, quam inuitus pro decore, proq; amplitudine (ut tunc arbitrabar) & nominum tuenda auctoritate, contra fratres nostros, uerborum gentem, arma susceperim, quantisq; satagerim modis, ut illis nobis cedentibus, ciuilia bella longius submouerint, Verum cum non tam nostra, quam uerborum etiam metior damna, cum utriusq; partis strages intueor, flere magis libet quam loqui, Operepretium fuerat reminisci, quæ de

Oratio regis
Nominum.

B E L L V M.

Græcorum Romanorumq; ciuilibus odiis bel-
 lisq; scripserint ciues nostri, quantis eorū am-
 bitionem lacerauerint probris. Profecto ea si
 in mentem uenissent, nunquam in tantam insa-
 niam a nobis processum fuisset, nec ira & fu-
 rore obcecati, quid ageretur non intelligentes,
 nostramet uiscera propriis manibus discerpis-
 semus. Sed præterita (ut ille inquit) magis re-
 prehendi possunt quam corrigi, Et melius est
 regredi, quam male coepta sequi, Si ferro de-
 cernere perreximus, si in finem usq; insanire
 uoluerimus, actum sane est de Grammaticæ im-
 perio, Tantaq; ignorantia & Barbarismorum
 genti fiet accessio, ut nemine obstante, nemine
 eorum temeritati obuiam cunte, ubiq; ipsi pro
 animi libidine dominari ualeant. Quo circa,
 Commilitones optimi, ut utriusq; regni utilitati
 consulatur, Vltro a uerborum rege pacem pe-
 tendam censeo, ultroq; dextras porrigendas,
 Neq; hoc dixerim quod labar animo, quod ti-
 more concutiar, Sed quoniam luce clarius cer-
 no res nominum, uerborumq; non sine mutua,
 stabili & inconcussa animorū concordia posse
 consistere. Fungor ego officio meo, ea addu-
 cens, quæ communem salutem concernere mi-
 nime dubito, Rudacter nihilominus quod uo-
 lueritis

lueritis, executurus, Vos itaq; quod facitis, deos omnes fortunare uelim.

Placuit mirum immodum, uniuersæ contio= Magna omni=
ni, non utilis minus q̄ oportuna sui regis ora= um applausu=
tio. Omnesq; militum ordines ingenti sublato in regis nomi=
clamore, ut, quod rex tam sapienter suaserat, num sententiã
sine mora exequeretur enixius petiere. itum est.

Missi itaq; in uerborum castra legati, ex
nominibus prudētiores, absq; aliqua difficultate, Confecta pa=
constitutis primum induciis, in hanc postremo ce eliguntur
cum uerborum rege, eiusq; proceribus, deue= triumuiiri.
nere sententiam, ut scilicet tres eligerentur ui=
ri, omnium Grammaticæ rerum periti, quorum
decisioni & arbitrio, utraq; pars stare debe=
ret.

Demandatum est igitur id munus Priscia=
no, Seruio & Donato, cunctis approbantibus,
qui partis utriusq; iuribus auditis, re inter ip=
sos accuratius considerata, hanc postremo sen=
tentiam protulere.

Quod Grammaticæ regibus, Satrapis, Ci=
uibus, studiosisq; uniuersis, faustum foelixq; sit, Sententia dif=
Nos triumuiiri tollerandarum litium causa, con= finitiua trium=
stituti, Omnes contentiones, maledicta, iniuri= uirorum.
as, damnãq; quæ in hanc diem, inter Gramma=
ticæ reges eorumq; milites interuenere, reuo=
camus

B E L L V M.

eamus, tollimus & obliteramus, Etsi obliuioni
tradi nequeant, at saltem silentio tegenda; de-
cernimus, statuimusq; ut de cætero in conficien-
da oratione solemnī, uterq; Grammaticæ Rex,
cum suis sequacibus conueniat, Verbum scili-
cet & Nomen, Participium, aduerbium, Præ-
positio, Interiectio & Cōiunctio. In quotidia-
na uero & familiari oratione, soli, Nomen &
Verbum, onus sustinebunt, arcessentes in pa-
trocinium suum, quos ex suis uolent, cæteris
parcentes, ne toties citati nimis grauentur.

In oratione uolumus Nomen Verbo suppo-
ni, Et cum apponitur, a uerbo nomen regi de-
bere decernimus, quantum ad casum, quantum
uero ad personas, & numeros, uerbum sup-
posito cedere. Item uolumus quod Participium
reueretur Nomen & uerbum, habeatq; regi-
men sui uerbi, Si uero necessitas urgeat, con-
cedimus soli uerbo, ut in prima & secūda per-
sona, & in quibusdam uerbis exemptæ actio-
nis, in tertia persona faciat orationis sensum,
semper tamen subintelligendo nominis authori-
tatem, sed non exprimendo.

Hæc itaq; sententia, partibus præsentibus
lata est atq; prouulgata, receptaq; ab omnibus
Grammaticæ incolis, miro omnium ordinū con-
sensu

sensu. Quam etiam omnia Italiae & Germaniae gymnasia approbauere, Studium uero Parisiense cetera recipiens, hoc suis prouincialibus speciale reseruauit, pronuntiandi scilicet tam uerba quam nomina libere, & sine aliqua syllabarum quantitatis discretionem.

Post haec ignorantiae studiosos omnes, Barbarismorumque gentem ridiculam, inuiolabili decreto omnibus Grammaticae finibus submouere, Sed tamen barbaros quorundam principum fauore protectos, non Italia modo, sed & Germania ipsa, nunc bonarum literarum parens, uel inuita tueri perseuerat.

Inter quos, nonnullos etiam praebendis piguoribus honestatos, rudes adeo & imperitos reperies, ut si eos interrogas, Amo quae pars? dicturi sint. Parla che te intendo, Usque adeo mulas ipsas, quibus tam sublimes uehuntur, inscitia & obesitate animi, supergrediuntur.

Praedictis insuper arbitris, omnium consensu, irreuocabilis potestas & perpetua censura data est, grammaticulos omnes Grammaticae corruptores semilatiuosque & semigræculos, tanquam naturae monstra inquirendi, puniendi, relegandi, omnemque id faciendi, quod bonarum literarum cultum, augmentumque cōcernere animaduertent.

FINIS.

XENOPHONTIS

HERCVLES, CARMINE RED-
DITVS A IOANNE SPANGEN-
BERGO, APVD NORTHV-

sanos VERBI ministro. In
gratiam puerorum no-
bilibium

Ruxlebiorum

lx
Alcides postquam pueriles egerat annos,
Infantum puber liquerat atq; nuces,
Indueratq; togam matura etate uirilem,
Solutus in abruptos exiit ipse locos.
in dno
Viderat obduetos uario discrimine calles,
Viderat & geminas e regione Deas.
Altera uirtutis uia erat spectantibus arcta,
Et sudore madens, aspera, longa, grauis.
Multa uoluptatis tulit altera Symbola prauæ,
Ampla, patens, mollis, precipitansq; suos.
Ut stetit attonitus nec sciret quo sibi eundem,
Quæq; ctenim iuuenes recta & honesta putant,
Et dubitaret adhuc quem uellet pergere callem,
Humana specie comparuere Deæ.
u
Prima fuit uirtus, peregrino libera cultu,
Ornabat roseas forma pudica genas.

Aurea

HERCVLES.

21.

Aurea Cæsaries illi per eburnea colla
Fluxit, & in niueos candida palla pedes.
Mundities inerat membris, & corpore toto
Stillabat roseo castus ab ore pudor.
Altera diuerso bullata nitebat amictu,
Ornabat Tyrius colla superba rubor,
Pigmentata genas, oculis uaga, lubrica gressu,
Peruigil illecebris, perdidit luxurie.
Umbram nonnunquã & se contemplata uenenum.
Impluit, & uiolas sparserat atq; rosas.
Ut prope constiterant, iuuenisq; impellitur æstus
Curarum ambiguus quod sequeretur iter,
Ebria frugalem præuertens, ocyus infit,
Heus puer Alcides, hæc mea dicta cape.
Te uideo attonitum liceat quem, carpere callem,
Ipsa uiam pando quæ sit aranda tibi.
Si mihi te comitem facilem præbebis Alumne,
Iucunda ducam te, & breuiore uia.
Non tua sollicitis onerabo pectora curis,
Non aliud nisi te gaudia digna feram,
Ambrosia semper uiues, & nectare dulci,
Non tibi erunt magni bella timenda Dei,
Non tibi erunt artes non magna negotia cura
Quæq; placent oculis, naribus, ore, feres,
Quodq; uoluptati tibi sit salibusq; iocisq;
Et tua quo pacto molliter ossa cubent

Suspicio

XENOPHONTIS

Suspicio incidere quaedam si forte pericli,
Faxim delitiis absq; labore frui,
Ingruerit rapidis fortuna aliquando procellis,
Te mea in optatos euehet ulna locos.
Non tamen abducam te mi puer optime ad illos,
Quos iuuat arumnas, arma, crucemq; pati,
De nostris opibus carpes solatia quæuis.
Ut tibi nil desit quod placuisse uelis,
Nam mihi cura fuit semper iuuenesq; senesq;
Carpere de nostris gaudia summa bonis.
Hæc ubi dicta dedit, genus et sua nomina prompsit,
Miscuit & labris multa pudenda suis.
Interea audaces paulum contata loquelas,
Altera sordifluam prouocat ore deam.
Heus procul hinc manes rapiât te, glubat Auernus,
Te uada sulphureo uortice nigra rotent,
Desine grande loqui iuuenemq; inuoluere nugis,
Obrue blanditiis pectora spurca tuis.
Ad te sancte puer claro sate sanguine ueni,
Quem manet hoc magno durus in orbe labor.
Nobile stemma tuum, mores sed & inclyta uirtus,
Corporis atq; animi forma uenusta tui,
Spem mihi fecerunt, modo si comiteris euntem,
Et monitus nostros hauseris aure lubens,
Te faciam eximiis semper clarescere factis,
Inter mortales sceptrigerosq; Deos,

Immortale

Immortale feres æterna in sæcula nomen,
 Et tua apud superos fama perennis erit.
 Pauca loquar tecum ne longa ambage morer te,
 Vt res est uerbo simpliciore canam.
 Nulla quies ulli nisi de sudore paratur,
 Venit & ignauo gloria nulla uiro.
 Iuppiter hæc Stygias sanxit firmata per undas,
 Adsensere omnes diiq; deæq; Ioui,
 Thure igitur superi placandi & supplice uoto,
 Si tibi præsentis gliscis habere Deos.
 Si cupis ut læto populi celebreris honore,
 Vtile erit multos conciliasse tibi,
 Cunctorum placidis ineunda est gratia factis,
 Orbe sub hoc magno non nisi amatus amat,
 Siue tuis cupias uenerandus ciuibus esse,
 Atq; boni semper nomen habere uiri,
 Mœnibus ut bene de patriis merearis, oportet
 Consiliis rectis usq; iuuare tuos.
 Si petis ut grandes tua rumpant horrea messes,
 Gnauiter imprimis terra colenda tibi est,
 Igne leues stipulae, frangantur uomere glebae,
 Pinguia sic multo farra labore dabit.
 Si cupis armento, & pingui ditescere foetu,
 Solibus æstiuis florida prata petas.
 Porro ubi bruma uenit ne uexat inedia turbam,
 Ante domi stabulo pabula multa loces,
Si bellis

XENOPHONTIS

Si bellis augere uoles, & condere gazam,
Ut tibi nummorum grandis aceruus erit,
In primis socios fac libertate potiri,
Deinde tuo externus seruiat hostis agro,
Si quid discendum est armis, scitare peritos
Tam graue nil quod non sedulitate potes.
Cum semel est a te bellandi norma recepta,
Sedulus hanc serues, sedulitate places.
Si firmare cupis teneras in corpore uires,
Neue uelis timidi nomen habere uiri.
Iam tua sunt duro membra exercenda labore,
Ut quae contingant ardua cuncta feras.
Est opus ingenio sensus frenare rebelles,
Ne ratio in multa prosperitate labet,
Hæc ubi dixisset multo cum pondere uirtus,
Altera perfricta cœperat ore loqui.
Tunc puer uario arripies discrimine callem,
Et tibi quod nauici foemina monstrat iter?
An tibi non molli potius libet ire Theatro,
Ducere & indultos per bona sola dies?
Tunc ruit in medium uirtus, heus perdita dixit,
Perdita luxurie, perdita delitiis.
Num quid habes recti? Num quid pietatis auitæ?
Non tibi in astrigero pars erat ulla Deo.
Molliter ut uiuas, cunctos ignaua labores
Respuis, & quicquid nobile stulta fugis,

ipsa

HERCVLES.

22

Ipsa fames ne forte tuum malesuada palatum
 Exagitet, ne sit parca culina tibi.
 Mille tuas onerant exotica fercula mensas,
 Exhilarant uentrem pocula mille tuum,
 Infarcis stomachum quem nulla inuitat Orexis,
 Ut sapor inuentus prouocet arte gulam.
 Tu gelidas aestate niues insana requiris,
 Protheus ut plures uerteris in facies,
 Stragula Sidonio Milesia contrahis Ostro,
 Ut pigri noctes Endymionis agas.
 Tu somnum accersis non ut lassata quiescas,
 Nam uitam perdunt otia longa tuam.
 Infoelix mulier sine lege, pudore, metuq;
 Nox perit illecebris, alma sopore dies.
 Immortalis eras superum uenerata cohorte,
 Nunc fugiunt mores Diuq; Deaq; tuos.
 His adiunge bonos, quorum suspendere naso.
 Nec reboet laudes dulce poema tuas.
 Incluta uidisti fateor spectacula nunquam,
 Et quid multa, nihil te duce suaue fuit.
 Improba quis tandem linguae, quis credit inani?
 Sub dulci dederas saepe uenena cibo.
 Quis tibi munificus miseræq; adiutor egenti,
 In barathrum absorbes praestita cuncta tibi?
 Quis compos mentis tua spurca palatia quærat,
 Inq; tuo cupiat uiuere stulta choro?

Efficit

ca



XENOPHONTIS

Efficis inbellum iuuenumq; senumq; cohortem,
 Quam nunquam puduit commaduisse mero,
 Nec puduit sua membra graui tumulasse ueterno,
 Et patulo longos stertere nare dies.
 Non homines, sed uita suem decet ista lutosum,
 Immundos uentres ebria mensa decet,
 Quos uariæ pestes, mors atq; inopina sequentur,
 Et tandem infernis scrutientur aquis.
 Verum ego apud diuos uersor, coeliq; parentem,
 Est apud illustres laus mea summa uiros,
 Egregium sine me nunquam fecere triumphum
 Diuq; Deaq; omnes, terrigenumq; genus.
 Ergo mihi magnum tot surgunt templa per orbem.
 Me celebrant diui, me celebrant homines.
 Namq; ego opus quero quod sit laudabile magnis,
 Me summi tollunt laudibus artifices.
 Iusticiæ custos requies iucunda laborum,
 Sum pressis duro pondere fida comes.
 Naufragus æquorcis me nauita querit in undis,
 Durat et ad nostram carcere uinctus opem,
 Quos etiam magni tenuit uis anxia morbi,
 Me duce constanti pectore cuncta ferunt.
 Et quid opus multis, hominum sum spesq; salusq;
 Præ se quisq; mihi uota salutis agit,
 Reddo meis firmam tranquillo tempore pacem,
 Et socia infractæ sum optima amicitia,

Qui mea

Qui mea sectantur totis uestigia neruis.

Et potu atq; cibo gaudia multa ferunt.

Namq; nisi esuriant ad prandia nulla propinquāt,

Tum quoq; ni sitiant pocula nulla iuuant.

Gratior est illis post multa negotia somnus,

Nam placidus recreat corpora fessa sopor.

Cumq; opus abrumpunt plumas, & seria tractant

Ardua nec relinquunt quæ facienda forent.

Obsequio oblectat uetulos studiosa iuuentus,

Et contra gaudet laudibus illa senum.

Cum datur ante focū uel humi recubare sub umbra,

Gestarum rerum commemorasse libet.

Æmula nam præstat stimulatū gloria calcar,

Et facile est parta laude subire iugum.

Per me diis superis homines redduntur amici,

Redduntur patriæ lumina clara suæ,

Et cum tempus erit mortali excedere uita,

Venerit & canis ultima meta comis.

Non certe obscuri patria in tellure iacebunt,

Illorum laudes sæcula mille canent.

Hæc tibi clare puer natalibus edite summis,

Contingent, mea te si modo iussa iuuent.

Deniq; si duros refugis non ipse labores,

Æternæ uitæ præmia certa feres.

Nam quem tetra Venus, quem turpis acedia uicit,

Dedecus æternum demetet atq; necem.

D

At quisquis

At quisquis tulerit uirtutis amore laborem,
Perpetuum iugi carpit honore decus.
Quæ simul effata est, dempto certamine, pulchrum
Eligit Alcides ire laboris iter.
Et mala languentis contempto tramite uitæ,
Ardua sollicito tendit ad astra gradu.
Hæc tibi progenies Ruxlebia, nobile stemma
Dedico, Calliopes munera parua mea.
Ambiguæ iuuenum uitæ Tyrinthius offert
Dogmata, quæ pueris non fugienda bonis.
Ergo uoluntatis nostræ monumenta, sereno
Accipiens animo, consule scripta boni.

F I N I S.

Dialogus

DIALOGVS

IOANNIS SPANGENBERGI,

IN QVO COLLOQVVR

TVR HVTTENVVS

ET FEBRIS.

HVTTENVVS.

Quin tu febris abis mala bestia, filia mortis.

FEBRIS.

*Te precor ob celebrem Germanæ stirpis amorem
Da miseræ hospicium, Boreas iam spirat & auræ
Horrescunt nymbis, tonitruq; immugiit æther.*

HVTTENVVS.

Quin tu bestia abis per iter quod respicis istuc

FEBRIS.

*Duc me chare precor magni in penetralia regis
Diuitiæ cui sunt & opes & copia rerum
Predia, rura, boues, horti, uineta, Caballi
Vina dapes, comitum turba ingens, balnea. uestes.*

HVTTENVVS.

*E regione uiden, turritis mœnibus ædes
Hic sedet insignis Romana ex plebe Satelles
Veclius in hanc nostram bullis comitantibus urbem
Sedulius & nugis rutilum conflare metallum
Gnauiter & nummis uacuam infarcire crumenâ,*

D ii Hic

Hic cubat in thalamis pictis Ostroq; supinus
Sertit, & in medios soles conuiuia tractat
Indulget genio, Non plenis dulcia desunt
Vina cadis, sed quæ lachrymās bibit extera poscēs.
Nauseat & turdos, lepores, & cuncta ferina,
Barbariem impingit nobis & Scomata iactat.

FEBRIS.

Has mihi tu surdo nugas canis improbe frustra.

HVTTENS.

Tu quid ais, lepidū caput hoc tibi non placet, hospes
Strenuus, haud quicq; inuenies te principe dignū.

FEBRIS.

Est macer, est gracilis, est iunceus, est & auarus,
Est capite obstipo, uix est in corpore succus,
Ille obulis tribus in celebri uix cenitat, aula.
Huius ego redeunte coquo bellaria uidi.

HVTTENS.

Hoc me ais cuncta inuoluens, est diues, abundans,
Magnificus, clemens, reuerendus, prodigus æris,
Pigui luxuriat uictu, potuq; iocisq;.

FEBRIS.

Quo uiuat pacto nihil est quod tangor, at illud
Me male habet, comitū strepitus, clamorq; uirorū.
Hic panem rogat, alter aquas, uix ossibus herent
Languida membra uirū, nec habent ea ludicra finē.

HVTTENS.

Pigua ob id deinceps cōtemnere prandia oportet,
Et modico

Et modico uino frugalem summere coenam.
Quid si magnorum culta in penetralia regum
Inq; domos procerum te ducam uel locupletum.

FEBRIS.

Hic nullus miserae locus & reuerentia febrī,
Vsq; adeo occurrit medicorum maxima turba,
Duc precor heus alio ueterem me Huttene ob amo-

HUTTENVVS. (rem.)

Quem mihi tu narras mala bestia febris amorem.

FEBRIS.

Nescis ab hinc anno, non menses amplius octo,
Quā te reddiderim studiosum & ad omnia proptū.

HUTTENVVS.

Tu me etiam in fontem rides & scommate ludis?

FEBRIS.

Ridebo & ludam, nec te lachrimante mouebor.
Tecum ero te totos iuuat exercere per annos.

HUTTENVVS.

Posthac ergo tribus obulis abstemius edam.

FEBRIS.

Verum ego te cupidum reddam potusq; cibiq;

HUTTENVVS.

Tum super inducam medicū & catapotia iungam.

FEBRIS.

Hoc scio q; malis totum egrotare bimestrem,
Quam semel Hellebori scrupulos insumere binos,
Quin super induces medicum, qui uidit auenam

D iiii Inlotio

In lotio egroti, credensq; subesse caballum.

HVTTENVVS.

Id caueam tu me sequere ad celeberrima tecta

Bardocucullati proceres ubi dulcia plenis

Fundunt uina cadis ubi curata cute fratres

Molliter in cellis uiuunt atq; otia ducunt.

FEBRIS.

Non tu me abduces istinc quia pessima turba est.

HVTTENVVS.

Heus age ad indoctum te abducam bellua coetum

Rasorū quibus est patinis mens semper in unctis

Hic succulentos cernes & corpore obesos

Hos apud offendes gratam sine fine quietem

Et lectos plumis suffertos scorta Cynædos

Et delicatos parasitos & nebulones.

FEBRIS.

Si non excipient isti quo me bone duces?

HVTTENVVS.

Te circumducam, contemnam & scomate ludam,

Et quid opus uerbis, horas quoq; perdere nugis

Vade malis auibus, febris nunq̄ reditura

Vade malis auibus, nunq̄ reditura podagra.

F I N I S.

IN LAVDEM NOVÆ SCHOLÆ

quam prudentiſſ. Senatus Northuſia=
nus inibi foeliciter crexit, Heca=
toſtichon, Authore Ger=
hardo Lorichio
Hardamario.

Nil manet æternum Luna quod circus oberrat,
Perpetuum toto perſtat in orbe nihil.
Claruerant olim præluſtria templa Dianæ,
Quid niſi iam putris, gloria tanta, cinis?
Et quondam Rhodii moles celebrata Coloſſi,
Marmore iam fracto Lyndius alget honor.
Struxerat inſignem pharetrata Semiramis urbem,
Horrida nunc rapidis quid niſi luſtra feris?
Et Mauſolei non infima phama ſepulchri,
Materies olidæ quid niſi uana ſcrobis?
Perſica magnificis implerat laudibus orbem
Regia, Cimmeriis obruta nunc tenebris.
Olim pyramides pharia memorabilis ora
Lampas erant, factæ quæ modo puluis iners.
Machina Dædalei cecidit ſinuofa recessus,
Dictæ quondam nobilitate ſolo.
Plura quid enumerem, penſurus lumina ſoli,
Fluctuat inconstans, quicquid in orbe uiget,
Sola manet probitas animi, uirtutis & almæ
Legibus æternis, præmia ſola manent.

D iiii Fortunas

Fortunas ergo longe supereminet omneis
Pectoris integritas, ingeniiq; bona.
Res aliæ nauci, tremulæ ludibria sortis
Delitiæ, species, regna, tyrannis, opes.
Sardanapalus ubi, Nero, Apitius, atq; Vitellus?
Tyndaris & formæ splendidioris ubi?
Quo regale decus lapsum? quo Tullus & Ancus?
Quo Polyandrorum clara trophœa ducum?
Vastus ubi Satrapes qui uinxerat Ennosigæum?
Crassus ubi? Sardis, Attalus, atq; Mydas?
Illis tempus edax, illis subduxit honores
Liuor, tempestas, Marspiter, ira Iouis.
At minus ingenii dotes abolere uetustas
Quiuerit, ingenio stat sine morte decus.
Quod sacra testantur grauium monumenta uirorū,
Iliadum nullis interitura malis.
Ut floret semper laurus, nec fronde caduca
Carpitur, æternum sic iubar illa tenent.
Hinc Northusiæ prudentia clara Senatus
Erexit, patriæ fulcra beata, scholam.
Præbuit exulibus sapiens delubra Camœnis
Hospes, Apollineo phana serena choro.
Instituatur ubi studio meliore iuuentus,
Ædificentur ubi uiuida templa Dei.
Si paribus reliquæ Northursia sensibus urbes,
Fortiter arriperent, quod modo curris iter,
Sæcula nostra magis caderent foelicia, mundi

Alea

Alea prosperior terq; quaterq; foret.
Germine sancta nouo florerent omnia, passim
Omnigenas ferret cuncta noualis opes.
Curris iter, flauis comptum uestigia spicis,
Grande penu messis fertilis unde fluet.
Ergo tuis cedent pinguis Gargara campis,
Exuperata manus Mœsia culta dabit.
Nemo licet uoces cui sint in carmina centum.
Et centum melicis ora diserta sonis,
Nemo tamen poterit digno comprehendere uersu
Pondera decreti, iusticiamq; tui.
Filia Gallinæ uelut albæ, dotibus aucta
Fortunæ, tollis nomen ad astra tuum.
Altior hinc aliis præfulges, Cynthia quantum.
Præcellit radiis astra minora suis.
Adiicis Aonios latices, & Palladis arteis,
Virtutum iugis profluat unde lacus.
Sic rerum donis opulentia iuncta nitebit,
Fulget ut aurato lucida gemma sinu.
Tu peracuta uides, myrmecia quanta bonorum
E studiis olim sit reditura piis.
Actum de rebus, pubes nisi castior orbem
Expoliat fructu dexteriore malum.
Et caput atq; pedes languent ætatis adultæ,
Decliuum ueteri crimine pectus habent.
Consuetudo semel, longo quæ turpior usu,
Contraxit, facili non releuantur ope.

D v Soluere

Soluere mundanam nequeunt fomenta podagram,
Sola dabit medicam spes iuuenilis opem.
Purior illa malo nondum corrupta liquore
Testa, feret pura commoditate manum.
Vnica sunt pueri faciles plantaria, terræ
Maxima nutantis prominet unde salus.
Illa uel imprimis uigili recolenda labore,
Fruge bona tellus ut rediuiua micet.
Hunc præclara scopum spectas Northusia solum,
Dirigis huc robur pectoris omne tui.
Ut tua splendescat multa uirtute iuuentus,
Et suus ingeniis non sterile scat honor.
Inde grauem lapsi decoris sartura ruinam,
Quodlibet in studium cerea & illa sequax.
At mutare senis linguam, uctulosq; docere,
Est ipsum uanis littus arare bobus.
Quos uirosa filix sterili radice pererrat,
Quos lolium tetro caule flagellat agros.
Fœlici nullos protrudunt germine fœtus,
Lurida sed tetrico gramine surgit humus.
Terra nisi curuo proscissa recenter aratro,
Impensis capiat semina iacta nouis.
Mundus ager, scelerum spinis uitiosus acutis,
Semina sunt pubes frugibus apta bonis.
Ergo iuuentutis faueas prouentibus, ardes
Rerum successus quisquis habere bonos.

FINIS.

AD IOANNEM SPANGEN-
BERGVM EPIGRAMMA

Gerhardi Lorichii
Hadamarii.

Qvod si iure bono primas fert ille, sacratum
Qui puro uerbum seminat ore, Dei.
Proxima debentur laudis si præmia, nudas
Qui studio Musas dexteriore fouent.
Spangenbergem mihi rebus præcellis utrisq;
Ut te nemo prior, nemo secundus erit.
Dæmonas Hebræo uelut ille coercuit hymno,
Hymno, quem fidibus tangere doctus erat.
Sic phlegetontæos sacris ab ouilibus hostes
Abigis eloquio, quæ tua cura, Dei.
Traxerat Amphion rigidas testudine rupes,
Et cithara uates Thracius ille feras,
Pectora tu lepidò demulces carmine, Musis
Iactaret Delphin terga premenda tuis.
Te cantante lupus rabidam compefceret iram,
Agnis porrigeret blanda læna sinum,
Et nihil horribiles ætiam symplegades essent,
Præberet tutas sæua charybdis aquas.
Alcides ergo magni Xenophontis alumnus,
Cantatus numeris gaudet ouatq; tuis,
Qui claua

Qui clava reprimens scelerum portenta trinodi.
Virtutum certo tramite monstrat iter,
Concutit adfectu iuuenilia corda, monere
Vt Pitho ductu non meliore queat.
Hinc deuicta tibi mage erit Rux lebia proles
Clara, Thuringiaci nobile stemma soli.
Cuius ad officium tuus hic modo Pythia cantans,
Amphytrionides laurea ferta gerit,
Qua licet Heroum niteat generosa propago,
Splendidior tamen est carmine facta tuo.
Et decus Aoniis surgit præclarius undis,
Verus Apollineo carmine surgit honor.

FINIS.

VERIS DESCRIPTIO
IOANNIS SPANGEBERGII.

Nunc uer purpureum rutilantis lumina phœbi
Pandit & albatem pellit ab orbe niuem.

Depopulata comas reparat nunc arbor honorem
Soluitur inq; omni glebula putris agro.

Iam tepido arridet radiis sol aureus orbi
Et uolucrum uario personat aura sono.

Germine odoriferum tellus nunc educat, arua
Purpureis passim floribus irradiant.

Frigore brumali glacies concreta calore
Liquitur, & zephirus gramina odora fouet.

Quæ fuit hyberno uolucris sub sidere muta
Nunc meditatur agens guttura dulce melos.

Iam redit & uolucris longis exosa colubris
Et nidum in celso culmine docta struit.

Iam redit & tepidi ueris prænuncia hyrundo
Quæ uolat hybernis imbribus orbe procul.

Garrula iam recinit per tecta domestica carmen
Indefessa, hominem nec sinit esse pigrum.

Primo sole sonos modulatur & oia damnat
Non filet occiduum ni petat ipse fretum.

Dulcia in apricis pastor agit oia pratis
Sæpe domus pecori florida silua manet.

Et quid

Et quid multa loquar, nunc instant tempora ueris
Ver tempus quo non pulchrius annus habet.
Quicquid habet mundus, coelum, mare, nubila tellus
Omnia uere nouo gaudia summa ferunt.
Frigora nunc abeunt, spirant nunc flamina uerna
Omnia nunc rident gramine, flore, comis.
Arbor quæq; nouo, nunc fulget florida foetu
Lucida de pingui palmitate gemma redit
Fertilis impresso tellus sulcatur aratro
Helcia portat equus ruricolæq; boues.
Egrediuntur apes, missunt ubi copia florum
Constructiua fauos sedula turba uolat.
Parte uolat media cœli, terræq; uolucris
Stridula dulcisonum fundit ab ore melos.
Seu nidum condat positus siue incubat ouis
Intonat & dulci nunciat ore diem.
Peruigil illa legit pullus alimenta per agros,
Hæc trabibus luteum sedula nectit opus.
Porro ubi bruma uenit gelidis ornata pruinis
Imbribus Austrinis arma sepulta madent.
Dum sibi quisq; suos bruma impellente penates
Querit & ante focos otia grata capit.
Quanta hic sedulitas non est narrabile uerbis
Viuitur ingenio, uiuitur atq; manu.

F I N I S.

VITEBERGÆ APVD

PETRV M SEITZEN.

ANNO

M. D. XXXIIII.


VITBERGHE APVD


PHETVM SEITEN

ANNO

M. D. XXXIII







78 L 1583

ULB Halle
003 935 37X

3



V017



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13



*ex libris Nicolaj Möllerij
1695. In v. ariguitij*

